







1728

Alte ... ..

1729

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..



88.3

1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.





1738.

1. Adwardt, Petrus: De lege et consilio eorum que differentia.
2. Adwardt, Petrus: Variationem rerum et mundi per se esse nullam, demonstrat.
3. <sup>h. t.</sup> <sub>2</sub> Balthasar, Augustinus: De pecunia feudali in specie Pomeranica.
4. Balthasar, Augustinus: De beneficio Saxae, agrarum utriusque feudi successoribus in Ducatu Pomeraniae atque principatu Rugiae competente.
5. Ingelbrecht, Herm. Henr.: De indole simultaneae investiturae Pomeranicae ejusdemque discrimine a Saxonica p. I.
6. Nettelblatt, Christianus: De portione conjugum statutaria Lubecensi juxta art. 12 lit. 2. p. 2. debita.
7. Nettelblatt, Christianus, vocatur h. d. Lit.: Programm, quo  
- - - ad disputationem inauguralem: De portione conjugum

17  
statutaria Lubecensis ex art. 12 de success. ab Interf.  
debita, quem pro honoribus in utraque parte  
summis juribus . . . capessendis . . . publico . . .  
examinari submitteb. Inchoam. Fridericus Carnely . . . 2  
invitat, variisque: conjecturam suam de fontibus  
juris Lubecensis . . . vindicat.

8. Nettelblatt, Christianus: De vidua nobili Mecklen- 3  
burgica praecipue: de portione viduarum nobi-  
lium in Megapoli statutaria.

9. Nettelblatt, Christianus, Ord. Tel. decanus: Programm 5  
que . . . ad disputationem traug.: De vidua nobili  
Mecklenburgica inprimis vero portione ejus statutaria,  
quam pro summis in utroque jure honoribus . . . sub-  
mittet Henricus Nettelblatt, . . . invitata insinua-  
que: De velo viduarum virginumque disserat.

10. Pectschius, Paulus Cordus: De immortalitate animae  
humanae.



1739.

1. Albinus, Petrus: Philosophum ab omni errore mundum  
que peccato plane immunitatem, *Fenestrate*
2. Balthasar, Augustinus: De pecuniarum exsecrationibus  
in locis. conductione praediorum solute, et quae  
in concursu ~~per~~ creditorum jure
3. 4. Balthasar, Augustinus: De prerogativa juris Germanici  
pro jure Romano in materia pactorum  
dotantium. 2 Bunde. 1739 & 1742.
5. Baltzer, Augustus: Oekonomisch- Juristische Anmerkungen  
über A. Herrn L. Herrn. Schweders Pactat  
von Ansehlagen der Güter in Pommern. -



I

P. 27

PA

D  
PH

I

B

L





7476

1738, 3<sup>b</sup> 4

DE <sup>M</sup>

# PECVNIA FEVDALI

VVLGO:

**Lehn-Stamm,**

IN SPECIE POMERANICA,

---

PRAESIDE

**AVGVSTIN. BALTHASARE,**

I. V. D. ET PROFESSORE PANDECTARVM  
ORDINARIO,

DIE XXII IVLII ANNO MDCCXXXIIX.

DISSERIT

**MARTIN. GVSTAVVS FISCHER,**

GRYPHISWALDO-POMERANVS.

---

GRYPHISWALDIAE,

EX OFFICINA CAROLI HOEPFNERI,

REG. ACAD. TYPOGR.





DE  
PHOENIX

WILCOX

St. Louis

IN SPECIE FORTISSIMO

PER A. S. P. D.

AVGUSTINUS BALTHAZAR

IN V. D. P. F. R. S. G. M. P. S. T. A. M.

ORDINARIO

DIE ZEIT VON 1720 BIS 1729

1729

MARTINUS G. T. A. M. P. S. T. A. M.

ORDINARIO

IN OFFICIO

1729





CAPVT I  
DE  
PECVNIA FEVDALI  
IN GENERE.



Academici exercitii ergo specimen aliquod editurus, materiam de PECVNIA FEVDALI, & quæ singularia circa eam in POMERANIA occurrunt, nullibi quoquam, quod scio, propositam, breuibus explicandam sumsi; prolixiori enim nunc quidem esse, et concinniora proferre, tempore et librorum apparatu destituto, non mihi licuit. Noui feudaliū rerum DD. de feudorum constitutione in compendiis et syntagmatibus suis agentes, speciatim, inter feuda impropria, *pecuniarii feudi* mentionem facere, quotque modis illud constetur, explanare, et, nescio qua animorum conspiratione, feudum istud *improprium* effingere, quasi feudum proprium et iustum

Datur feudum proprium in re mobili.

Ideoque etiam in pecunia.



non sit, nisi rei immobilis et soli; cui tamen regulæ, ex ipsorum ingenio stabilitæ, vt adstipuler, animum inducere hæctenus non potui: nullo quippe textu legis et ratione ex feudorum natura elici potest, prædia et res immobiles saltem in feudum dandas esse, non mobiles et pecuniam. Ex omnibus certe antiquitatis remotissimæ monumentis constat, res, quæ utilitatem cuiquam adferre potuerint, in mercedem, alimenta, salarium, vnde vocem: *Feudum*; verosimiliter derivat III. a LVDEWIG. in *Jure Clientel. C. II. §. 2. 3.* ibique *L. g.* et sic in feudum recte traditas esse. Ex quo generali principio iuste olim, (de honestate non disputo,) Comites HENNEBERG. ab Episcopo Herbipolit. de redditibus e lupanaris inuestituram acceperunt, neque dubium fuit, apprime id cum iure feudali congruere. vid. RITTERSHVS. in *Partit. Feud. p. 96.* it. LVDEWIG. *c. l. §. 6. L. c.* Sed vt dixi, placuit Interpretibus istiusmodi feuda pecuniaria impropriis annumerare, quò torrente sæpe nos abripi oportet. vid. LYNCKER in *Diff. De Feudo Pecun.* de eius constituendiforma et modis late differentem, cui addas velim ad casum primum in §. 24. dilucidandum, exemplum e LVNIGII *Tom. III. Jur. Feud. p. 670.* petitur. Ii ipsi tamen *pecuniam feudalem*, ab illo scil. *feudo pecuniario* diuersam, raro aut leviter saltem attingunt, immo, vt plurimum non accurate istam ab hoc distinguunt, sed vtramque vocem promiscue, quemadmodum in vernacula, *Lehn-Stamm und Lehn-Geld*, vsurpant, STRYCK in *Ex. F. F. c. 4. qv. 26. 27.* PRVCKMANN *loc. cit.* apud LYNCK. §. 26. BÖHMERS *T. I. P. II. R. 62. 64.* CARPZ. *P. 3. C. 30. D. I.* et Commentator eius ROSBACH.

A qua differt  
pecunia feu-  
dalis.



BACH. *Scilicet* Quo itaque lectoribus, quae mea sit mens, mox ab initio indicem, definitionem pecuniae feudalis subiiciam, quae mihi est: *Certa pecuniae quantitas, ex feudo, seu respectu ad illud habito, soluta vel soluenda, quae Lege aut pacto ita naturam feudalem induit, ut, primo eam acquirente vel possidente sine masculis defuncto, in feudum, aut ad solos feudales successores recidat, & sic, qua successionem, feudali iure aestimetur.*

§. II.

Ex quo luculenter apparet differentia 1) a FEUDO PECUNIARIO, quod a Domino quodam, sub fide, per investituram concessum est. BÖHM. c. l. HORN Cl. 15. R. 23. Dico: a Domino quodam: unde facile est ad intelligendum, me secundum ea, quae in praec. §. proponuntur, dissentire a LYNCKERI in cit. Diff. §. 15. et STRUVII in Synt. J. F. c. 4. aph. 3. n. 3. sententia, qua ad constitutionem illius Dominum, qui superioritate territoriali gaudet, et improprietatem solus adimere potest, implorandum esse adstruitur: cum, uti alia feuda a quolibet rerum suarum arbitro conceduntur, ita hic quoque quemuis admittendum censeam, qui sub fide Vasallo summam aliquam elargiri vult. Praeter haec, in feudo isto pecuniario constituendo obiter noto, non necesse esse, secundum STRYCK. c. l. qv. 25. ut nova feudalis qualitas ei adiciatur et imprimatur; sufficit, aliquem de pecunia inuestiri, quo actu qualitas haec nova pecuniae statim acquiritur, ut alia adjectione, immutatione et infusione quasi non sit opus. Differt porro 2) a PECUNIA FIDEI COMMISSARIA; licet enim in hac, aequae ac in pecunia feudali,

Differt (1) a feudo pecuniario.

Differt (2) a fidei commissaria pecunia.



modo feudis proprio succedatur, non districte tamen ista ex feudo debetur, aut illud respicit; sicuti ratione constitutionis quoque ab ea diuertit, ab vno quippe, e. g. testatore, fideicommissum efformari ac condi potest; neque ab hoc perpetuo argumentum ad pecuniam feudalem ducere licet; nec denique successio in illam adeo arctis limitibus, quemadmodum in nostra pecunia, circumscripta est, cum aliquando istud ad feminas transseat, quae in feudali pecunia pariter ac in feudis exulant; postremo in successione pecuniae fideicomm. magis ad personas respicitur, ita vt personae, e familia oriundae, eius participes fiant, quantumuis bona immobilia in familia non extent, KNIPSCH. de Fideic. fam. in hac autem potius spectatur feudum, ex quo seu ratione cuius soluitur, vt hinc successio vti in feudum, sic simul in hanc pecuniam procedat.

§. III.

Pecunia feud.  
respectum ad  
feudum ha-  
bet.

Dixi in definitione: pecuniam *ex feudo* vel *intuitu feudi* solutam vel soluendam esse, si quidem feudalis esse debeat. Quo ipso tamen non omnem pecuniam ex feudo solutam intelligo, quae nihilominus allodialis saepe manet; neque debita ex feudo soluenda eique inhaerentia ad pecuniam feudalem referuntur, quasi haec expuncta iure feudi censeantur, sed allodiales potius heredes sequuntur. Vt specialius exemplis dicta declarem 1) *pecunia ex feudo vendito redacta est allodialis, non feudum. per 2. F. 26. Verf. Si Vassallus de beneficio;* pretium quippe in locum feudi venditi non surrogatur, cui nullibi qualitas feudi indita, nec a Domino quidquam recognitum, quo invito



invito vel incio aliud pro alio substituere non licet, COTHMANN. equidem R. 45. n. 19. seqq. feudum ad vniuersalia refert cum MEVIO Conf. 105. n. 94. in quibus pecunia vulgo surrogatur rei ex qua recepta est, ideoque pecuniae ex feudo receptae feudalem indolem tribuit; a qua tamen conclusione MEV. Conf. 81. n. 8. 9. recte abstinet; vniuersitas siquidem ista non nisi quorundam DD. opinionibus stabilitur, et si stabilita esset, conclusio tamen ista a iuris feud. regulis aliena non inde sequitur, quod aliud insuper factum, videlicet inuestituram et fidei promissionem, requirit. Neque deinde pecunia ex vendito feudo proprie dicta *feudalis pecunia* est, quandoquidem semel ad allodium redacta quibuscunque cedit heredibus, nullo priuilegio feudalibus heredibus in hoc casu dato, quod successione praecipue illis largiatur. BERG. T. 1. Conf. R. 860. HORN. Cl. 16. R. 36. Eandem interpretationem applicat BERG. T. 1. R. 1082. ad pecuniam ex retrouenditione feudi acceptam, quae ante inditam ei aliam qualitatem sine dubio naturam allodii plene habet, nec contra agentium voluntatem feudalis fit. Quin tamen conveniri possit, vt istiusmodi pecunia feudi conditionem sequatur, seu feudalis existat, dubium nullum superest. MEV. Conf. 81. n. 10. et 18. 2) Neque pecunia *vni fratrum in diuisione paterni feudi soluta*, feudali accedenda venit. Extemplo enim fratri separato, vbi pecuniam ex diuisione accepit, eam expendere, dispensare, in vsus suos vertere et cognatis tradere integrum est, quoniam uumms ipsis, sine hominis aut L. adiumento, nihil iuris specialis inhaeret, sed solutorum dominium in continenti transit, liberamque agendi facultatem tribuit,



buit, adde *III. LEYS. Sp. 26. M. VI.* Iustum quidem est, fratrem pro pecunia, quam a fratre accepit, aliud feudum comparare, cum, hoc sine masculino decedente, ille in vniuersum feudum succedat, adeoque et vice versa, altero prius mortuo, hunc, qui dimidiam feudi aestimationem soluit, illius sortis securitatem vicissim habere et solum succedere tantquam agnatum, aequum sit, iustitia tamen ista naturalis sola et mens partium diuidentium pecuniam non reddit feudalem, sed ex data definitione, aliud quid accedat, oportet. Deinde 3) *destinatio pecuniae ad comparandum feudum* non magis efficit illam feudalem, quam alia quaeuis destinatio rei mobilis ad immobilem, eam immobilem reddit, cum factio adhuc seu applicatione opus sit. *CARPZ. P. III. C. 30. D. 5.* Recte tamen in *D. 6.* defuncti heredes ad interesse teneri agnatis ait, quibus promissum est, vt feudis comparandis applicetur, et interesse aestimandum esse ex pretio in emtionem destinato, ideoque illis, *qui iamiam proximam succedendi spem habent*, exfoluendum esse; ita enim eum interpretor; nam si agnatis *nondum spes succedendi affulget*, ipsis quoque ad interesse praestandum nondum competit actio; Sed sola cautione de in posterum, casu successionis in persona ipsorum contingente, indemnes eos seruando, contenti esse debent: Vbi ergo promissio accessit et pactum, vt certa summa in feuda emenda vertatur, non in sensu *CARPZOVIANO supra §. I.* adducto feudum fit, sed hoc nostro sensu reuera feudalis est, et feudali more in ea tantisper succeditur, usque dum feuda ipsa agnatis adquisita sunt. *vid. STRVV. in Cent. Decis. quatenam res sunt feud. D. 40. in App. Synt.*  
Eadem



Eadem quoque ratione res comparata est cum pecunia ad extinguenda debita feudalia ex pacto destinata. Ad quem modum indicavit *Facultas ampliff. Gryphisw. ICtor: in causa der Geschwister von Crockow contra die Gebrüder von Borck, mense Julio 1736.*

Qua Grau. VII. Wegen der an dem Herrn N. von defuncto ausgeliehenen 933. rthlr. vermeinen Imploranten daß solches Geld ihnen, als hereditibus allodialibus, und Imploraten zustehet, weil diese Gelder keine Lehn-Gelder, als wozu sie per pactum inter agnatos ohne consens des Lehn-Herrn nicht gemacht werden können, also das pactum de anno 1711. et 12. null und nichtig sey; Die Neu-Märk. Cam. S. D. c. 26. lege auch die Nothwendigkeit des Landes-Herrl. consensu gnugsam an den Tag, und releuire nicht, daß solcher consens post mortem testatoris von deductis gesucht und erhalten worden: Alleine, da nicht die Frage: Ob diese Gelder wirklich Lehn-Gelder und zu einem Stamm-Lehn gemacht worden? wohin der Imploranten rationes gehen: sondern, ob nicht Imploraten, propter geminatum pactum de Anno. 1711. et 12. mit defuncto getroffen, daß die Glieder zu Abführung der Lehn-Schulden solten angewendet werden, an solche Gelder ein ius per pactum erhalten, daß heredes allodiales ihnen solche Gelder zu dem indigirten Behuß lassen müssen, und dann solche intention der Imploraten genugsam gegründet, indem implorantes von der Ansprach sich nicht anders liberiren können, quam exsoluendo ipsam pecuniam, quae in feudi emtionem, oder, quod perinde est, in exsolutionem debito-

B

bito-



bitorum feudaliū, (ob pactum praecedens, wozu sie keinen Lehns- Herrl. consens bedürffet, und nicht angeführet, wvrum solches geminatum pactum inter agnatos nicht gelten können,) collocata erat, eaque tota agnatis cedit et acquiritur: So hat man dieses grauaminis wegen bey der sententia contra quam es lassen müssen. Qua grav. VIII. So ver-  
 meinen zwar imploranten und deducentes, daß, weil, wegen des bey imploranten stehen gebliebenen Capitals, von den Pfand- Schilling für Büdow, Tessen-  
 dorff und Falckenburg, defunctus Zinsen bekom-  
 men, es als ein mutuum anzusehen, und ihnen als allodial Erben solches zukäme, das pactum aber de Anno 1711. hier so wenig was reluiren könnte, als der ex post facto darüber erfolgte Lehns- Herrl. Consens, angesehen solcher vorher gehen müssen, wann Imploranten dieses Budowischen Postes als Lehn- Folger sich anmassen wollen: Wann aber eben das fundament und ratio decidendi bey dieser post zu attendiren, was bey dem praecedente grauamine angeführet, und defunctus das pactum mit Imploranten getroffen, daß dieser Post bey ihnen stehen bleiben, und das Lehn- Gut Wutzig damit eingelöst werden sollte: so hatt defunctus gar nicht von solchem Capital nach Gefallen disponiren können, verfolg. heredes allodiales, die das pactum zu halten verbunden, geschehen lassen müssen, daß der Post quaest: zu den ex pacto unter sich beliebten Behuff, zur Bezahlung der Lehn- Schulden oder reluition des Guthes Wutzig angewandt werde: wozu denn kömt, daß der Lehns- Herrl. Consens, danächst erfolget, wiewol nach defuncti Tode, welches



thes aber nach der R. M. C. G. D. c. 26. dergestalt um so viel mehr geschehen können, als in obligatione v. 30. Aug. 1712. contrahentes solchen zu suchen sich vorbehalten haben; Solchem allen nach das grauamen unerhebl. etc. Porro 4) pecunia ob euitum praedium a Domino data, nec feudum, 2. F. 25. nec feudalis est. Pecunia certe numerata naturam suam non mutat, neque in feudalem simpliciter transformatur, nisi haec qualitas aliunde ei imponatur. Denique 5) nummi, qui praedio ob debita vendito, consentientibus Domino et agnatis, ex pretio supersunt, post solutionem aeris alieni, ex dictis argumentis feudales non redduntur.

§. IV.

In definitione feudalis pecuniae non distinxi inter pecuniam iam ex feudo solutam et soluendam. De hac non adeo dubitauerit quispiam, quin, si duobus, e. g. fratribus, in diuisione feudi ita secum conuenit, alterum solum Feudum possidere, alterum vero certam pecuniae quantitatem, quae dimidium pretii fundi, scil. suam portionem dimidiam ex feudo, constituit, eamque in vsuris quotannis soluendis accipere, quantitatem ipsam vero perpetuo feudo inherere debere, pecunia sit ex pacto tacito feudalis iudicanda et soli succedant agnati COTHM. P. I. R. §. Namque ita in communiōe quodammodo fratres mansisse videntur, vt alter feudum tenens, alteri redditum partem in vsuris expendat; quam communionem semper perpetuari posse vi pacti, etiam in praeiudicium heredum, nullus dubito, adeoque, alterutro sine mascula sobole mortuo, superstitem plenum sine onere consequi possessionis fructum, per-

Non interest  
soluaturne  
an soluenda  
sit.



suasus sum, ne feminis quidem tunc admittis, si frater, vsuras capiens, relictis filiabus decussit; alter siquidem frater, possessor feudi, cui fors inhaerebat, nulloque non tempore ex pacto inhaerere debebat, cum praedium hactenus tenuisse communiter videatur, iam defuncto fratre, solus illud tenere incipit, inque comoda et onera fundi succedit, feminae autem feudorum incapaces communionem continuare, vsurasque, ea propter solutas, amplius petere nequeunt, vid. LYNCK. c. Diff. §. 28. Sin pecunia vero ex feudo soluta est, ab omnibus propemodum ea feudalis esse negatur, quibus omnino calculum meum adicio, addita saltem limitatione, nisi semel fuerit pacto feudalis efformata, clausulaque addita, vt naturam feudalem exiure et deponere nunquam debeat, quo casu ad solos masculos pacifcentium transit; defuncto autem domino pecuniae sine masculis, vel in feudum, vnde profecta erat, reuertitur, vel si illud non amplius in familia extet, more feudali ad ceteros agnatos transfertur; his omnibus, denique mortuis, ab vltimo possessore aeque libere alienatur, vti fidei commissa familiae, ad solos masculos restricta, ab vltimo agnato ad quoscunque extraneos, feminis praeteritis, transferri possunt, STRYCK. de Iure Succ. ab I. D. 7. c. 2. §. 9. et Cautel. Testam. c. 21. M. 2. §. 23.

§. V.

Ut tamen fiat, accedere debet vel Lex, vel Consuetudo.

Quo vero ab alia quauis allodiali re pecunia, in feudalem transformanda, separetur, necesse esse, dixi, vt qualitatem istam ei indiderit *Legis* cuiusdam sanctio, qualem alicubi vigere, e. g. in Pomerania, de qua infra vberius, nouimus. Eundem valorem



rem habere *consuetudines*, quem LL., indubium est, modo consuetudo iuste probetur, quam sufficienter probatam crediderim, si rescriptum vel attestatum e Cancellaria Principis eiusque nomine afferatur, in quo consuetudinem, e. g. pecuniam in certo casu tanquam feudalem iudicandi, inualuisse et ita in casibus obuientibus, in suo territorio obseruatum fuisse affirmatur, quamuis LYNCKER *c. l. §. 27. in fine*, istius modi testimonium, quasi ad narrata petentis saltem impetratum, et in his, quae sunt facti, facile etiam a Principe errari possit, a specialiori probatione liberare neget. Si enim iudici testimonium de negotio, coram suo iudicio gesto, perhibenti, creditur, BÖHMERS T. II, P. I. R. 164. n. 11. et R. 174. n. 10. P. II. R. 1045. n. 7. et R. 1068. n. 10. quidni Principi, de moribus, in sua ditione consuētis, e ministrorum suorum consilio, qui optime consuetudinum scientiam ex ipsis rerum argumentis sibi comparasse creduntur, testanti, magis fides erit habenda, saltem ad effectum, ut probaturus ampliore probatione superfedere et in alterum onus probandi, errorem hic intercessisse, reicere possit. Maxime autem vsitatum et ubique iustum medium pecuniam feudalem efficiendi est *paſtum*, idque vel tacitum, ut in casu, quem in §. *praec.* de fratribus diuidentibus allegauimus, vel expressis verbis in initum, de quo hic in primis solliciti sumus.

vel  
Paſtum.

§. VI.

Omnia pacta, quae non laedunt honestatem, pietatem, nec contra bonos mores sunt, licite iniri posse et per se obligare, principii instar nobis esto. Hinc fluit I) alterius cuiusquam approbationem et confir-

Confestaria  
e pacto in pecuniam feudalem, redundantia.



mationem, e. g. Superioris, non desiderari ad obligationem magis firmandam, quae iam ante indissolubilis, firma et inconcussa fuit; 2) de pecunia ita pacisci licere, ut certa qualitas et iura ei adiciantur, secundum quae aestimanda sit, ac proinde ad quosdam duntaxat eius dominium pertineat, aliis, quibus sine istiusmodi pacto proprietas acquisita esset, remotis; adeoque 3) pecuniae, ex feudo oriundae, qualitas ista accommodari et determinari possit, ut agnati soli ea utantur, HORN *Cl. X. R. 19. BÖHMERS T. I. P. II. R. 35. n. 27.* eique si deficient, in quorum fauorem soluenda erat, siue soluta, feudalis esse desinat, et in feudum reuertatur, unde nata est, 4) Sicuti omnia bona, etiam futura, in feudum offerri possunt, ita quoque pecuniam, quocumque modo agnatis ex feudis exsoluendam, vel quae quauis ratione in futurum ab iis acquireretur, feudorum emtioni destinari posse et sic feudalem esse, iuri congruere, BERGER *P. I. R. 891.* 5) Principis consensum vero, ut in feudo pecuniario, ad hanc qualitatem feudalem inducendam, non requiri, uti defendit nobiscum MÜLLER *in Pr. March. Ref. 31. n. 19.* 6) Eodem tamen modo, quo haec qualitas intexta est, retexi, atque pecuniam, consentientibus iis, quorum interest, reformari et hereditariam reddi posse, absque vlla Dominalicuius superioris imploratione et permissione, quae in pecuniario feudo exigitur; vbi, agnatis etiam possessori facultatem liberrime de eo statuendi permittentibus, Domino, a cuius inuestitura dependet, inuito, non inferitur praeiudicium, ideoque filiae in eo succedere nequunt, quamuis agnati, datis litteris reuersalibus, id voluerint, BERLICH. *Dec. 38.* 7) Porro, ex ratione, quod  
 pactum



paſſum paciſcentes ſolum teneat, conſequitur, omni-  
bus feudalibus heredibus deficientibus, ad Dominum  
pecuniam non deuolui, niſi ei quoque paciſcentes  
proſpexerint, vnde actio ei omnino acquiritur, pro-  
uti euicit BÖHMERS in *Diff. de Iure ex pacto tertii  
queſito*. Aut ſi conuentum, pecuniam nullo vn-  
quam tempore a feudo ſeparari debere, quo caſu,  
aperto feudo, Domino ſimul accreſcere, facile eluce-  
ſcit; 8) nec feloniam quadam amitti; aut 9) lite ſuper hac  
pecunia mota, iudicem feudalem cognoſcere; ſed 10)  
potius ex paciſcentium, aut iudicis ordinarii, ſen-  
tentia quaeuis decidi dubia; et ſic 11) perperam a  
pecuniario feudo ad feudalem pecuniam argumen-  
tum trahi.

§. VII.

Explicatius hic quaedam, in §. *praecc. praeciſe di-*  
*ſta*, repetere non abs re erit. Quaeritur hinc: 1) *do-*  
*minus ne cum feudo, quod ob feloniam ei apertum eſt,*  
*pecuniam feudalem ex eo ſolutam vel ſoluendam, deſuncto*  
*eo, qui pecunia illa haſtenus uſus fruitus eſt, iam capiat?*  
*an feudalis eſſe deſinat?* Non generali reſponſione  
quaestionem dirimi poſſe, puto. Fateor, in exem-  
plo ſupra de fratribus diuidentibus dato, altero-  
que fratrum uſuris annuis contento, Dominum, feudo fe-  
lonia commiſſo, vel communionem iſtam continuare,  
vel fratri eiusque deſcendentibus maſculis debitam  
feudi dimidiam aeftimationem exſoluere teneri, fra-  
ter enim, qui crimen in Dominum admittit, alteri  
ſuo delicto iniuriam inferre, Dominus uero iuſtam et  
legitimam, alteri fratri debitam, portionem, ex alie-  
no delicto ſimul ſubtrahere nequit. Ideoque onus  
illud, feudalem pecuniam ſoluendi, ſeu quotannis  
uſuras

Num Domi-  
nus, feudo fe-  
lonia amiſſo,  
feudalem pec-  
uniam ca-  
piat?



vsuras subministrandi, tanquam possessor feudi, cui propitio iure inhaerent, subire; vsufructuario tamen pecuniae, sine masculis decedente, eius cognatis, qui communionem continuare non valent, quidquam exsoluere amplius non cogitur, et ita per consequentiam pecuniae feudalis dominus euadit. Sin autem forsā fratri illi portio sua expensa est, hoc postea defuncto, Dominus pecuniam istam tanquam feudalem, quantumuis in familia extant pacta de pecunia, in casu, quo alter alteri certam summam exsoluit, in feudum reducenda, frustra repetit, quod pacta, inter alios inita, tertio nec nocent nec profunt. Ipsa pecunia ceterum non definit esse feudalis, sed proximo agnato interea cedit, vsque dum feudum a Domino ad agnatos innocentes et criminis inscios redit, ac cum pecunia consolidari potest. Sic in aliis casibus, vbi agnati summam quandam, ex feudo solutam, in illud recisuram stipulantur, Dominus, aperto feloniam feudo, non magis ius in illam ex pacto alieno sibi arrogare, quam pecuniam, ex destinatione feudalem, petere potest, ex iure eius, qui feloniam se se polluit, pecuniaque ista haecenus vsus fuit, cui integrum potius fruendi ius manet; et mortuus vel ad filios, vel ad agnatos ceteros, secundum pacta, deuoluit. Quando autem pecunia feudalis in feudum iam reuertit, et tunc demum feloniam commissā, cum feudo ipso quaeuis emolumenta insimul Dominum sequi, tanquam possessorem fundi, non quod primario eius quoque utilitas a paciscentibus quaesita et proposita, in aprico est.

§. VIII.

An in feu-

Ex definitione, in qua feudalem pecuniam in feudum



feudum recidere diximus, noua 2) nunc enascitur <sup>dum aliena-</sup> quæstio: *Quid si ergo ante feudum alienatum, quam* <sup>tum recidat</sup> *pecunia in illud reuerterit, manet ne feudalis?* <sup>pecunia</sup> *Mihi* <sup>feudalis?</sup> quidem feudalis manere non videtur, tum quod mens paciscentium ad alia, quam quæ in pactis nominata, et ad quæ restricta sunt, detorqueri iuste nequit; tum quod sibi potissimum suæque familie, non tertio consulere voluerunt, qui tamen alias præter spem lucrum istud capturus, familiamque, cuius gratia pacta sunt inita, a perceptione pecuniæ perpetuo esset exclusurus, si in alienatum feudum reuerteretur. Decedente ergo possessore pecuniæ, ad cognatos et heredes illam tanquam hereditariam transire puto, ceteris agnatis remotis, quibus eam lucrandi spes tunc demum afflisset, si in feudum recidisset, quo cessante casu, ex alio capite petere eam nequeunt. Quando vero sine respectu ad *certum* prædium pecunia feudalis inter agnatos pacta et determinata fuit, nullo quoque modo, omnibus licet feudis alienatis, familia defraudatur ista pecunia, sed more feudali agnatis solis relinquatur atque cedit, quo tamen casu maximopere cum pecunia fideicommissaria coincideret.

§. IX.

Non priori similis est decisio, *ubi nouum emitur* <sup>An in nouum</sup> *feudum, illudque in prioris locum surrogatur, ac iure* <sup>emittum?</sup> *antiqui conceditur.* Ita enim qualitates prioris insimul hoc induit, naturamque sequitur ex pacto agnatorum et inuestitura Domini, et hinc, pecuniam feud. feudo isti etiam accrescere, oportet. Secus tamen in casu pronuntiandum, quo simpliciter nouum feudum comparatur, in quo agnatis nullum ius, nulla



successio, nullum adgnationis privilegium acquiritur, etsi praedium pro pecunia, ex auito feudo vendito redacta, comparatum sit, ideoque frustra de pecunia feudali in feudum recidiva disputatur et quaeritur. Taceo, mentem pacifcentium ad feudum, vnde pecunia soluta fuit, maxime directam fuisse, quo rerum statu mutato, pactum ipsum quoque mutationem subit, et ad alia non cogitata ne quicquam extenditur. In haereditariam proinde tunc isthaec pecunia vertitur, et pleno iure de illa possessor pro lubitu statuit.

§. X.

Solutae pecuniae feud. cautio non requiritur.

Vltimo loco quaedam adhuc de *cautione* monebimus. In feudo pecuniario exigit quidem STRYCK. in *Ex. I. F. c. 4. qv. 24.* illam a Vasallo, cui ipsa pecunia data fuit, de eadem quantitate, in casum finiti feudi, restituenda. Quam tamen a LL. nullibi requisitam, non necessario praestandam esse, et feudum absque illa optime subsistere, puto; cautio siquidem ante non petita, vbi res iam perfecta et consummata fuit, frustra postea petitur; et sic ICtos Helmstad. in eiusmodi casu respondiisse, a LEYSERO, Praeceptore olim meo, nunquam satis deuenerando accepi. De pecunia nostra feudali idem sentio, cuius possessor, si semel solutam ex feudo acceperit, onere isto, vt cautione aliqua corroboretur, securitasque eo nomine adgnatis praestetur, vltcrius grauari non debet, nisi forsitan postea ille eam dilapidare, et sic res in alium statum peruenire incipiat. Si prodigus tamen pecuniam abliguriuit atque consumpsit prius, quam cautio peti potuerit, heredes eius allodiales adgnatis ad id, quod interest, tenentur, seu tantundem, quod defun-

Etus



Etus perdidit, restituere obligantur, quibus facta illius praestare competit. In altero casu, quo usuras solum ex feudo quis capit, quaestio est Domitiana: an harum quoque causa cautio sit interponenda? cum damnum metuere possit nemo, forte in praedio retenta.

C A P V T II

DE

IVRE, QVOD CIRCA PECVNIAM  
FEVDALEM

IN POMERANIA OBTINET.

§. I.

**H**aec, pro instituti ratione, praemittere in genere li-  
buit. Quae, si exigamus ad LL. Pomeraniae, non  
vbique per omnem Pomeraniam eadem obtinere,  
deprehendemus. Certissimum equidem in Pomerania  
principium habetur: vbi deficiunt iura specialia  
Prouincialia, ibi ius commune succedere, MEV. *Conf.*  
38. n. 26. et 100. *Conf.* 44. n. 76. sub quo intelligi ius  
Longobardicum, non Saxonicum, hodie non adeo  
ambigitur, quamuis olim circiter an. 1696. sqq. PETR.  
de RAVENNA, ICTus Italus, et IO. KITSCHERVS  
Poeta Misnicus, Professores Gryphisw. a BOGISLAVO  
X. constituti, plura moliti sint aduersa, extranea iura  
Nobilibus obrufuri, dum iste omnia ad amussim i.  
Comm. Longobardici, hic vero, imprimis simultaneam  
inuestituram ad i. Sax. normam redigere tenta-  
bant. At Nobiles Pom., veterum institutorum  
ac morum admodum tenaces, prorsus haec declina-

Juri commu-  
ni quidem  
subiacent Po-  
meran. feuda.

C 2

runt,



runt, quin potius ut in subsidium saltem Longobar-  
 dorum, seu communia iura vocentur, et, vti ex pu-  
 blicis, Principis et Statuum auctoritate editis, docu-  
 mentis apparet, feuda sua ad eorum normam iudi-  
 centur, permiserunt. Vid. inter alios COTHM. Vol.  
 4. R. 19. n. 21. Id quod et Ducis PHILIPPI II. nota-  
 bili decreto in causa Deuiziorum de Ao. 1609. §. Sol-  
 te dieses &c. item Ordin. Dicast. P. II. T. I. §. 7. nec  
 non S. R. Tribunalis Decisionibus, ipsaque Praxi quo-  
 tidiana, satis superque consolidatur. Fallunt, itaque  
 ICTI Ingolstadt. T. III. Conf. Germ. 22. et 54. alique ex-  
 tranei, utp: SCHVRFPIVS, PFEILIVS et RITTERS-  
 HVSIVS Iuri Saxon. Feud. primas partes in Pome-  
 rania deferentes; quibus nostrates VL CHEMNITIVS  
 in Conf. inter MEVIANA 45. n. 148. seqq. COTHM. Vol. I. R. 27. 28. VENTVRA de VALENTIS  
 in Parth. litig. L. 1. c. II. n. 2. P. B. GERDES. in D. de  
 Norma et ord. iudic. caus. feud. c. 2. n. 27. ex asse fa-  
 tisfecerunt.

§. II.

Ad ea tamen  
 pecunia feu-  
 dalis non ge-  
 neraliter est  
 aestimanda.

Quandoquidem tamen singularia iura in Pome-  
 rania, quae maxime et primo loco attendi fas est,  
 MEV. C. 44. n. 71. item: die Königl. Instruction,  
 wornach die Königl. Regierung in denen  
 Lehns- & Affairen, und deren expedirung sich zu  
 verhalten, de 1696. GERDES. c. l. c. 2. n. 17. 18. quoad  
 pecuniam feudalem, sunt recepta; ea vero, pro di-  
 uersis terrarum tractibus, discrepant. Per partes  
 itaque ibimus et singularum ditionum mores sigilla-  
 tim dispiciemus. Videlicet Pomerania, olim, aequae  
 ac hodie, diuersis parebat Ducibus, alii Stettinensi,  
 alii Wolgastensi imperabant Regionibus, qui in com-  
 mune

Refertur hi-  
 storia huius  
 pecuniae,



mune consulebant, atque secum, quae in suis quique territoriiis Status consilia inierant, communicabant, quaeque in vniuersa terra sua postea valere iubebant. MEV. P. V. D. 247. n. 2. ibique alleg. verba *Recessus Wolg. de 1606.* et in *Conf. suis passim.* In alias interim partes saepius diuertebant alterutrius Ducis, Status et Consilarii, vt inaequalia inde in alterutro Ducatu inualescerent iura; Wolgastanis tamen, quod obiter obseruo, in conseruandis antiquis et patriis moribus, multo curiosioribus et sollicitioribus. MICRAEL. L. 5. n. 21. MEV. in alleg. Dec. et Conf. 45. n. 17. 18. Exemplum inaequalium istiusmodi iurium e pecuniae feudalis historia desumere licet. Indiscriminatim olim hac in re ius commune sequebantur Pomerani, a quo descendendo jam dudum in *Rec. Prou. Wolgast. de Anno 1595. Dec. 12. Apr. in. fin.* deliberarunt; vt verbis recess. ytar: *Wie mit Bestande das Geld, so für Lehn-Güter genommen wird, wiederum zu Lehn zu machen?* sed nil certi definitum, quantum et istaec consultatio casum magis feudi pecuniarii, qui a nostro scopo est alienus, respicere videtur. Donec tandem in *Recessu Wolgast. de 1606. d. 7. May. §.* *Als sonsten ic. communi Ducis et vtriusque Prouinciae Ordinum placito conuentum sit, secundum praescriptum Iuris Feud. communis, huiusmodi pecuniam manere debere allodiale, pactis vero naturam eius mutari posse.* Et cum maxime in controuersiam veniret: num ad id perficiendum Principis etiam specialis requirendus sit consensus? re rectius perpensa, in negantem demum sententiam itum, et, absque illo recte pacta iniri, permissum fuit; vti ipsa verba, quae huc adducere operae pretium est,



clare ianunt; Als sonsten die Lehne dadurch öf-  
 ters mit Schulden beladen und geschwächet wer-  
 den, wenn ein Bruder dem andern Geld heraus-  
 giebt, dasselbe allodial wird, und nicht wiederum an  
 die Lehne fällt: so haben wir uns mit der getreuen  
 Landschafft dahin vereinbahret: im Fall Verglei-  
 chung unter Brüdern und Vettern getroffen wor-  
 den oder seyn, daß solch Geld, damit einer von dem  
 Lehn abgekauft, wiederum an die agnaten, oder  
 Brüder, wenn der abgehandelter keine männliche  
 Leibes-Lehns-Erben hinter sich verläßt, fallen sol-  
 le, daß solche pacta valida seyn, unangesehen wenn  
 solch Geld gleich von uns nicht zu Lehn empfangen.  
 A qua obseruantia tamen discessum fecerunt Duces  
 ac Status Sedin. regionis, qui eiusmodi pecuniam  
 feudalem esse voluerunt, nullis licet interpositis cau-  
 tionibus; prouti e *Conclusis Sedin. Tit. II. Qv. 6.* elu-  
 cet: Wenn also durch diese oder andere Gelegen-  
 heit aus den altväterl. Lehnen gewisse Summen  
 Geldes erhoben, ob dieselben Lehn bleiben, oder Le-  
 hen Art und Eigenschaft behalten, auch hinwiede-  
 rum an Lehne angewendet werden sollen, also und  
 dergestalt, daß die Agnaten und Lehns-Vettern die  
 gesamte Hand daran haben und behalten können?  
 Conclusum: daß solche Gelder Lehn bleiben, und  
 Lehns-Art und Eigenschaft behalten, auch, wo  
 immer möglich, hinwieder in Lehne angewendet  
 werden sollen, also und dergestalt, daß die Agnaten,  
 Brüder und Lehns-Vettern die gesamte Hand  
 daran haben und behalten können. Cui sanctioni  
 optime conueniunt consecutionis loco posita verba  
*qv. 10.* Das (solcher Gelder wegen) besonders alle  
 dispo.



dispositiones, tam inter viuos, quam mortis causa, hierinnen nicht statt finden. Quo tamen securitati fratrum vel agnatorum magis consulatur, ex praescripto *Conclusi 7.* cauere debet is, cui debetur, antequam actu ipsi soluatur, vel fideiussoribus vel bonis immobilibus, in ea Prouincia, quorsum pecunia translata, sitis, se istam pecuniam aliis feudis comparandis destinaturam, suae naturae relicturum, nec in praecidium agnatorum quidquam immutaturum esse; sin contra; pecunia in prouincia maneat et collocetur, cautione ipsum grauandum non esse, ibidem iubetur. Nimis itaque liberaliter, translationem huius pecuniae extra Prouinciam in Pomerania interdictam esse, perhibent COTHMAN Vol. R. 43. CARPZ. P. III. C. 38. Def. 1. n. 15. Tenacius tamen Wolgastani inhaesere praefato Recessui et priscoe consuetudini, ac, sine pacto pecuniam ex feudo solutam feudalem esse, noluerunt; quemadmodum Consiliarii Ducis Wolgastani in subiecto *monito* mentem suam hac de re declararunt, sequentem in modum: Im Land-Tags-Abschied de A. 1606. hatt sich der Landes-Fürst erkläret, daß solche pacta, daß das Geld, so aus den Lehnen kömmt, in den Güthern bleiben soll, es seind dieselben gemacht, oder werden gemacht, valida seyn sollen, und daß es nicht nöthig solches Geld zu Lehn zu empfangen; da nun dieses also von dem Landes-Fürsten und Landschafft beliebet, wäre der pactorum soweit dieser articul von dem Landes-Fürsten und Landschafft beliebet, nicht nöthig.

§. III.

Hic autem scrupulus, qui multos torquet, sese Remouentur exferit,



dubis contra  
verba moni-  
torum Wol-  
gast, mota.

exferit, quid Consiliari Wolgast. intellectum velint  
per verba: *Da nun dieses also bestebet, wäre der  
pactorum soweit nicht nöthig.* Vnde forsán elici  
posse videtur, hoc ipso Consiliarios subscribere senten-  
tia Sedinensium, qui quod hodie amplius pacto ad  
id, vt pecunia efficiatur feudalis, nequaquam esse  
opus statuerunt, cum Princeps semel iam consensum  
suum accommodarit, quod scil. per pactum istius-  
modi pecunia fieri possit feudalis. Sed contorta haec  
interpretatio ratione sua et nexu omnino destituitur;  
verba potius prima moniti clare obseruantiam Rec.  
Wolgast. inuoluunt, et ne posterioribus sint contra-  
ria, ita sunt accipienda, vt respiciant ad verba vltima  
ipsius *Conclusi 6. all. Also und dergestalt, daß die  
Agnaten, Brüder und Lehn-Bettern die gesamte  
Hand daran haben und behalten können.* Quae  
verba istum sensum prae se ferre videntur, ut pecu-  
nia simul a Principe per renouationem, iure simulta-  
neae inuestiturae, recognosci debeat, et hinc duplici  
facto opus forsán sit, altero cum Agnatis, altero cum  
Principe, vt iure Saxon. secundum *CARPZ. P. 3. C. 30.  
D. 2. n. 4. 5.* requiritur. Verum cum iura ac priui-  
legia Pomeraniae citerioris non tantum laxiorem, in-  
tuitu requirendi consensus Domini, agnatis de feudis  
suis statuendi, atque aes alienum in iis contrahendi,  
quam quo Vasalli vltioris Pomeraniae gaudent, in-  
dulgeant potestatem, sed eo ipso quoque, si nouum  
pactum cum Principe de recognoscenda illa in feu-  
dum per simultaneam inuestituram accederet, pecu-  
nia illa, vt supra monuimus, proprie non maneret  
feudalis, sed in feudum pecuniarium degeneraret,  
proinde Consiliiari Wolgastani ad ea verba monent,  
hoc



hoc pacto cum Principe, scil. de recognoscenda ab eo ista pecunia, hic locorum non esse opus, quandoquidem Princeps iam vna eaque perpetuo valitura vice consensum suum interposuerit, de quo denuo impetrando vasallus haud debeat esse sollicitus. Breuiter, verba: *so weit*, restringuntur ad casum, si pecunia per pactum facta sit feudalis, et tunc, in *so weit*, non opus est pacto, *solch Geld* a Principe *zu Lehn zu empfangen*, sed absque consensu Principis, ex nudo pacto et contrahentium definitione, sit feudalis.

§. IV.

Obrogauit autem Elect. Brandenb. gloriosiss. In Pomerania vltiori mutatio quaedam facta, mem. FRIDERICVS III quodammodo Conclusis Se-  
din. in *nouissima Constit. Feud. vlt. Pomer. de A. 1694.*  
T. II. §. 6. atque ibidem diuersitatem praxeos Pomeraniae vlt. et citer. amico distinctionis foedere conciliare annisus fuit; distinguit nimirum: Vasallusne citra onus feudo imponendum pecuniam ex allodio Conuasallo suo soluat, quo casu pecunia manere allodialis sancitur, nisi pacto aliter conuentum; an feudum ex solutione huius pecuniae sit imminutum, seu onus ipsi feudo inhaerescat, e. g. Si vasallus inopia allodii laboret, et sic ad satisfaciendum conuasallo suo aes alienum constare, ac feudum eius nomine hypothecae nexu obligare teneatur. Quo casu feudalem omnino naturam retinet. En verba ipsa Constitutionis: Wann nun durch solche Theilung oder auch einen Verkauf, und andere dergleichen Titel, aus den Alt und Väterlichen Lehnen gewisse Summen Geldes erhoben, und unter den theilenden, oder in den Verkauf consentirenden Brüdern oder Vettern dabey pacificiret und bedungen worden, daß solch Geld  
D Lehn-



in citiori  
autem pisco  
mori insti-  
tur.

Quae hic ob-  
stant, est diu-  
tur.

Lehns- Art und Eigenschaft haben und behalten, auch hinwieder an Lehn angewendet werden sollen, so muß denen Agnaten die gesamte Hand so wol an den Geldern, als den aufs neue davor angekauften Lehnen verbleiben. Geschehe es aber, daß wegen Abfindung des Brudern oder Lehn- Bettern eine Anleihe aufgenommen, und das Lehn davor hypotheciret werden mußte, so seyn die Gelder, welche der Lehn- Better oder Bruder solchergestalt empfangen, vor Lehn zu achten, obgleich kein pactum dißfalls hinzugekommen. Ad quam normam hodie ibidem iudicatur. E contrario, in citiori, olim Wolgastano Ducatu, hodie Suecico, et ex parte Regi Borussiae cesso, qui communibus adhuc utitur iuribus, sanctioni *Rec. Wolgast. 1606.* districte et quam tenacissime inhaeremus, adeo ut nullo modo pecunia feudi indolem recipiat, nisi per pacta inter agnatos id fuerit actum. Qua de praxi testatur *MEVIVS*, viuum olim patrii iuris Protocollum, in *Conf. 61. n. 8. 9.* *Nec pecunia, ait, est fratri a fratre ex feudo soluitur, vel huius causa soluitur, feudum est, aut pro feudo habetur, nec in feudi locum ex se succedit; erronea est opinio, in feudis pretium loco rei succedere, sed tantum, quia inter Fratres conuenit, qua ipsosmet ex sua voluntate legem accipit talem, quae inter eos seruanda est; Voluntas pacifcentium vnica est et vera causa, cur pecunia ex feudo redacta, feudum quidem non fit eius tamen ius iuxta conuentionem sequitur.* Neque obstat sibi idem in *P. VII. D. 106.* quam pro contraria parte, fat insulse, a iuris patrii ignaris, allegatam fuisse, nouimus, quippe quae non agit de pecunia ex feudo, sed pro feudo soluta, quae tamen naturam allodialem

ex



ex pacto, cum Principe inito, adipisci potest, perinde ac illa, ex conuentione cum agnatis, naturam feudalem induit, quae in feudi emtionem vel exsolutionem debitorum feudalium destinata est, quae tota agnatis cedit vti supra euictum. Nec denique obstant quorundam extraneorum Ictorum asserta generalia, e. g. RHETII, in *Comm. Jur. Feud. ad Text. I. F. §. p. 320.* vbi scribit: *Hoc ita publica Statuum Provincialium placito et Dni territorialis consensu statutum esse.* it. LYNCKERI, in *D. De Feud. Pecun. §. 26.* HORNII, in *J. Prud. Feud. C. 4. §. 26.* TORNOVII, in *Tr. de Feud. Meclenb. Sect. 4. §. 6. 322. in fin.* et aliorum; quippe qui restringendi ad Praxin Pomeraniae ulterioris. Quemadmodum etiam nuper ad quaestionem Licut. vni BVGENHAGEN peculiari responso decidit A. Facultas iuridica Gryphisw. sub d. 8. Mart. 1732.

§. V.

Restat adhuc excutienda notabilis Quaestio de pecunia dotali, sororibus ex feudo soluenda, inque patria nostra admodum frequens, multisque dubiis inuoluta. Num ista quoque pecunia naturam pecuniae feudalis eiusque nomen mereatur? Quam quidem negatiue decidendam putamus, quoniam merum saltem debitum est feudale, feudo adhuc inherens. Notum siquidem est, antequam nuptiae fuerint reuera secutae, dotem non deberi, et sic cum ipso feudo hanc pecuniam adhuc vnitam esse, ita, vt partem potius feudi, quam pecuniam feudalem ex feudo soluendam eousque constituat. In debito enim conditio

Quid dicendum de pecunia dotali?

Hec ante-



nuptias con-  
ditionalis; et  
feudo inest?

ditionali, pendente conditione neque cessit neque ve-  
nit dies, et sic nihil iuris in eo sibi quisquam asse-  
re potest, l. 213. de V. S. l. 44. §. fin. de Condit. et Dem.  
l. 15. 42. De O. et A. Ex quo sequitur, filias vel sorores,  
cum dotem ante consummatum matrimonium ne ex  
feudo quidem exigere queant, tantum abesse, vt eam  
ad heredes allodiales transferant, quin potius in feu-  
do apud successorem cum feudo ipso restare; vti late  
deduxit et argumenta contraria refellit RAVCHBAR  
in *Quaest. Jur. Ciu. et Sax. P. I. Qu. 38.* Idem quoque in  
Pomerania vtriusque Regiminis obtinere, ex *Conclu-  
sis Sedin.* eorumque *Monitis Wolgast.* et *Constitutione  
Feud. ult. Pom.* paucis probabimus. Nimirum, dos filia-  
bus nobilibus ex feudo debita, si, votis coniugalibus  
non nuncupatis, vita excefferunt, non heredibus suis,  
etsi re uera nomen feudo inhaerens fuerit, sed posses-  
sori huius cedit, et cum isto consolidata manet, haud  
admissis sororibus, ne eo quidem casu, vbi ob multi-  
tudinem liberorum modica fuit constituta dos; con-  
tra ea, quae Dn. G. G. GERDESIVS in *Diss. de Debitis  
ex feudis praecipue Pomer. soluendis*, sub praesidio V. C.  
KRESSII habita, §. 28. p. 50. asserit, vbi *Monitum* ad  
*Concl. Sedin. 13. T. 3.* tanquam sententiae suae consenta-  
neum, perperam allegat, et, sub adducta exceptione  
n. 1., morientis portionem ceteris accrescere, putat.  
En ipsa verba *Moniti* ed *Concl. 5.* ex quo thesin, ante po-  
sitam simul firmabimus: Wann den Jungfern die  
Aussteuer ex feudo, verordnet, und etliche stürben un-  
befreyet, so verbleibt der verstorbenen Aussteuer im  
Lehne, und wächst denen übrigen nichts davon zu.  
in *Monito* ad *Concl. 13.* item affirmatur: Wann die  
Jung-

Ideoque de-  
functae her-  
edibus non  
debeatur,



Jungfrauen vor der Hochzeit verstorben, so muß  
 versprochenes Ehe-Geld beyim promissore verblei-  
 ben. Consentit die Sinter-Pommersche Lehns-  
 Constitution T. 3. §. 11. Verstürbe eine Jungfrau  
 vor Vollziehung der Hochzeit, alsdann darf der,  
 aus den Lehnen promittirte, dos nicht ausgerichtet  
 werden, sondern bleibt dem promissori und in dem  
 Lehne. Monuere hic saltem Consilarii Wolgast. ad  
 Concl. 5. Weil aber deswegen, weil der Jungfrau-  
 en viel, einer jeden Aussteuer geringe gesetzt wird,  
 würde nicht unbillig seyn, daß von der verstor-  
 benen Antheil den übrigen etwas zugeordnet  
 würde, aequitati optime conuenire, vt *aliquid* foro-  
 ribus superstitibus de portione defunctae addicatur.  
 Quo ipso tamen nec certi quid determinatur, nec de  
 obseruantia huius loci testimonium dicitur, sed tantum  
 aequitati relinquitur; multo minus ergo, tota defun-  
 ctae portio ceteris sororibus accrescere, constituitur,  
 vt Dn. GERDESIVS autumat. Extendit *Idem* quo-  
 que p. 51. assertum suum ad casum, vbi filiae, ratione  
 promissae dotis, renuntiarunt paternae ac maternae  
 hereditati, et loco dotis certa pecunia ipsis promissa  
 sit, ita, vt et haec pecunia, ex transactione debita,  
 ipsis innuptis mortuis, in feudo maneat. At, nisi sin-  
 gulares forsán circumstantiae in lite, cuius asserti praee-  
 iudicia, obuersatae fuerint, quae renuntiationem im-  
 probarint, promissam ita dotem, seu potius pecuniam,  
 nouo titulo transactionis debitam, plene filiabus ad-  
 quiri, existimo. Renunciatio enim iuri suo facta:  
 cum sit loco transactionis, ex transactione vero pro-  
 missa dos solis heredibus cedat: quia non amplius



conditionale sed purum et ex noua causa debitum  
 nomen est, quod statim peti potest, ne alias forsân  
 interim, donec matrimonium ineundi copia sit facta,  
 filia necessariis destituatur alimentis: sequitur, pecu-  
 niam istam dotalem mere esse allodiam et ad here-  
 des transire nec in feudum recidere. Citatae Con-  
 stitutiones autem, de pecunia in feudo permanente  
 facientes; tantummodo ad innuptas sunt restrin-  
 gendae. Coniugatis si quidem femellis, quoniam  
 conditio iam extitit, sub qua dos debebatur, districte  
 illa est soluenda, et soluta nunquam in feudum reci-  
 dit. Neque distinguendum puto, 1) an dies solutio-  
 nis venerit, vel non? Ita enim cum in *Concl. Sed. T. 3.*  
*concl. 13.* legitur: Wann aber eine vermählte  
 Frau, ehe und zuvor die termine fällig, ver-  
 stirbt, so müssen solche unbetagte und tempo-  
 re mortis nicht fällige termine, einen Weg wie  
 den andern, ihren Erben abgestattet und entrichtet  
 werden; tum in *Constit. Feud. Pomer. vlt. c. 1.*  
 Wann aber die Hochzeit vollzogen, und die ver-  
 mählte entweder kurz, oder lang hernach, ohne  
 Leibes- Erben versterbe, alsdann kan der Lehn-  
 Folger die vollkommene Bezahlung dessen, was  
 in den Aussteuer- pactis verheissen, nicht wegern,  
 ungeacht, zeit des Absterbens, noch nicht alle ter-  
 mine fällig gewesen, weil in diesem Fall der,  
 durch die Hochzeit vollzogenen, Ehe auch dos  
 promissa zu der dasunctae Erbschaft, und fol-  
 gends derselben Erben, gehöret. Neque 2)  
 sterilesne fuerint vxores, an foecundae? Iterum,  
 mei loco, loquantur ipsa verba LL. quae ex *Concl.*  
*Sedin.*

Nuptis autem plene acquiritur.

Sine distinctione 1) an dies venerit?

Et 2) an im-  
proles fue-  
rint?



*Sedin. c. T. qu. 12. excitabo*: Wann eine Frau ohne Leibes-Erben verstirbt, ob alsdenn dos, welcher aus dem Lehn gegeben worden, hinwieder an die Lehne zurück falle, oder auf andere ihre Erben transmittiret werde? *Conclusum*: daß selbiger dos ad heredes ab intestato, wann die Frau kein Leibgeding besessen, verwendet werden könne; *vpote quo casu excepto*, dotalitium plerumque absorbere dotem solet. In Pomerania vltor *c. l. §. 10.* sancitur generalius; Eine Tochter, so unbeerbet oder ohne Kinder verstirbet, vererbet den, aus den Lehnen empfangenen Brautschaz und andere emolumenta auf ihre Allodial Erben, und kan nicht praetendiret werden, daß solcher Brautschaz in die Lehne zurück falle. Miror ergo magnopere, Dn. GERSDESIVM *c. l.* poenam matrimonio infocundo, contra LL. clementiam statuere, et, summam dotis in feudo relinquendam esse, velle. ENGELBRECHTIVM certe citatum idem affirmare, nullibi deprehendere, neque MEVII allegatum *Consilium* inuenire potui. Hinc contrariam ei plane sententiam, salua nostra amicitia, sustineo, ac, si filiae nuptae sine prole decesserunt, dotem apud successorem feudi manere, nego; exceptionem tamen istam, si in pactis dotalibus hoc expresse conuentum, quilibet facile admittet.

## §. VI.

Ex vindicata hactenus natura, plerumque citra pactum allodiali, pecuniae nostrae feudalis nonnulla colligere consuetaria lubet. Sic 1) patet: pecuniam istam spectare ad res allodiales, Germ. gehöret zum Erbe; quapropter in *Classif. Pom. cit. p. 4. pr.* luculento

Distorum  
quaedam con-  
clusiones.



lento satis indicio, ejusmodi pecunia, quam frater alteri ex feudo soluere debet, *Erbe*, dicitur; et hinc 2) successionem ordinariam, quae in allodio obtinere consuevit, obseruari; 3) Liberae possessorum administrationi permitti; 4) Pacto tamen, inter agnatos inito, fieri feudalem; 5) idque resolvi, ubi pecunia in feudum recidit; non 6) si ad agnatos transmittitur; Cum autem feudum non constituatur, 7) neque consensus neque inuestituram a Domino expectandam; nec 8) eius nomine feudalem equum praestandum; nec 9) quidquam denique ad seruitia contribuendum esse; add. *HERING. D. de seruitiis Vasal-  
lor. ulter. Pomer. rb. 32.* Ceterum tamen, 10) pecuniam illam ex feudo soluendam verum esse debitum feudale, ex feudo ipso soluendum, idque purum, in primis qua pecuniam, quam alter alteri fratri ex diuisione feudi debet, siue vsuras quotannis soluerit, siue non, maxime 11) priuilegiatis accenseri, aliisque creditoribus anterioribus et vxori quoque, praeferrri, vti videre licet ex *Classif. p. 2. et 3.* Denique 12) a pecunia dotali nimium quantum distare.

TANTVM.





Greifswald, Diss., 1738-40

ULB Halle  
005 360 79X

3











7476

1738, 3 1/4

DE <sup>M</sup>  
PECVNIA FEVDALI

VVLGO:

Lehn-Stamm,  
IN SPECIE POMERANICA,

PRAESIDE

AVGVSTIN. BALTHASARE,  
I. V. D. ET PROFESSORE PANDECTARVM  
ORDINARIO,

DIE XXII. IVLII. ANNO MDCCXXXIIX.

DISSERIT

MARTIN. GVSTAVVS FISCHER,  
GRYPHISWALDO-POMERANVS.

GRYPHISWALDIAE,  
EX OFFICINA CAROLI HOEPFNERI,  
REG. ACAD. TYPOGR.

